



**Divi Thomae Aquinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impressionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

7 Vtrum spes precedat fidem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-72772)

**P** 3 Præt. Per spem homo tendit in Deum, sed hoc proprio pertinet ad charitatem: ergo spes a charitate non distinguitur.

**S E D C O N T R A .** Vbi non est distinctio, ibi non est numerus: sed spes connumeratur aliis uirtutibus theologicis. Dicit enim \* Greg. in I. Moral. esse tres uirtutes, spem, fidem, & charitatem: ergo spes est uirtus distincta ab aliis uirtutibus theologicis.

**R E S P O N S O N.** Dicendum, quod uirtus aliqua dicitur esse theologica ex hoc, quod habet Deum pro objecto, cui in hæret. Potest autem aliquis alicui inherere dupliciter. Vno modo propter seipsum, alio modo, in quantum ex eo, in aliud decenit. Charitas ergo facit hominem Deo in hæretere propter seipsum, men tem hominis unius Deo per affectum amoris. Spes autem, & fides faciunt hominem in hæretere Deo, cuius cuidam principio, ex quo aliqua nobis proueniunt. Deo autem prouenit nobis & cognitione ueritatis, & auctoritate perfectæ bonitatis. Fides ergo facit hominem Deo in hæretere, in quantum est nobis principium cognoscendi ueritatem. Credimus enim ea uera esse, quæ nobis a Deo dicuntur. Spes autem facit Deo in hæretere, prout est in nobis principium perfectæ bonitatis, in quantum scilicet per spem diuinum auxilio innititur ad beatitudinem obtainendam.

**A D P R I M U M** ergo dicendum, quod Deus secundum aliam, & aliam rationem est obiectum habrum uirtutum, ut \* dictum est:

Ad distinctionem autem habituum sufficit dixerat ratio obiecti, ut supra: habitum est.

**A D S E C U N D U M** dicendum, quod expectatio ponitur in symbolo fidei, non quia sit actus, p̄ prius fidei, sed in quantum actus spes p̄ supponit fidem, ut infra \* dicetur, & sic actus fidei manifestat p̄ actus spes.

**A D T E R T I U M** dicendum, quod spes facit tendere in Deum, sicut in quodam bonum finale adi p̄ cedum; & sicut in quodam adiutorium efficax ad subueniendum: sed charitas proprie facit tendere in Deum, ueniendo affectum hominis Deo, ut scilicet homo non sibi uiuat, sed Deo.

#### ARTICULUS VII.

Vtrum spes precedat fidem.

**A D S E P T I M U M** sic proceditur. Videtur, q̄ spes precedat fidem. Quia super illud Psal. Spera in Domino, & fac bonitatem, dicit \* gl. Spes est introitus fidei, initium salutis: sed salus est per fidem, per quam iustificamur: ergo spes p̄cedit fidem.

**P** 2 Præt. Illud quod ponitur in distinctione alicuius debet esse prius, & magis notum: sed spes ponitur in distinctione fidei, ut patet Hebr. 11. Fides est substantia sperandarum rerum: ergo spes est prior fidei.

**P** 3 Præt. Spes p̄cedat actum meritorium. Dicit n. Apost. ad Corin. 9. Quod q̄ arat, dēt arare in spe frumenti percipiendi: sed actus fidei est meritorius: ergo spes p̄cedit fidem.

**S E D C O N T R A** est, quod Matth. i. dr. Abraham genuit Isaac, id est, fides spem, sicut dicit \* glosa.

**R E S P O N S O N.** Dicendum, quod fides absolute p̄cedit spem. Obiectum, n. spes est bonum futurum aucti possibile haberi. Ad hoc ergo q̄ aliquis speret, requiritur, quod obiectum spes p̄ponatur ei ut possibile. Obiectum aut̄ spes est uno modo beatitudine eterna, & alio modo diuinum auxilium, ut ex \* dicitur. Et utrumque corū proponitur nobis per fidem, per quam nobis innocescit, q̄ ad uitam eternā possumus pertinere, & quod ad hoc paratum ē no-

bis diuinum auxilium, secundum illud Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere quia est: & q̄ in inquietibus se remunerari sit. Vnde manifestū est, quod fides p̄cedit spem.

**A D P R I M U M** ergo dicendum, quod sicut gl. ibidem subdit, Spes dicitur introitus fidei, i. rei credita, quia per spem intratur ad uidendum id, quod creditur. Vel potest dici, quod est introitus fidei, quia per eam homo intrat ad hoc, quod stabilatur, & perficiatur in fide.

**A D S E C U N D U M** dicendum, quod in distinctione fidei ponitur res speranda, quia proprium obiectum fidei non est apparet secundum seipsum. Vnde fuit necessarium, ut quadam circumlocutiō designaretur per id, quod consequitur ad fidem.

**A D T E R T I U M** dicendum, quod non omnis actus meritorius habet spem p̄cedētem, sed sufficit si habeat concomitantem, uel consequentem.

#### ARTICULUS VIII.

Vtrum charitas sit prior spē.

**A D Q U A T U M** sic proceditur. Videtur, q̄ charitas sit prior spē. Dicit enim \* Ambros. super illud Luc. 17. Si habueritis fidem sicut granum finap̄is &c. Ex fide est charitas, ex charitate spes: sed fides est prior charitate: ergo charitas est prior spē.

**P** 1 Præt. † Aug. dicit 14. de ciuit. Dei, q̄ boni motus, atque affectus ex amore, & sancta charitate veniunt: sed sperare secundum quod est actus spes, est quidam bonus animi motus: ergo deriuatur a charitate.

**P** 2 Præt. \* Magister dicit 26. dist. 3. li. Sent. q̄ spes ex meritorio p̄uenit, qua p̄cedunt non solum rem sp̄ratam, sed etiam spem, quam natura pregit charitas: ergo charitas est prior spē.

**S E D C O N T R A** est, quod Apost. dicit 1. ad Tim. 1. Finis p̄cepti charitas est de corde puro, & conscientia bona, † gl. spes: ergo spes est prior charitate.

**R E S P O N S O N.** Dicendum, q̄ duplex est ordo. Vnūq; secundum uiam generationis, & natura, secundum quem, imperfectum prius est p̄fecto. Alius aut̄ ordo est perfectionis, & formæ, secundū quem perfectum naturaliter prius est imperfecto. Secundū ergo primū ordinem spes est prior charitate. Quod sic patet: quia spes, & omnis appetitus motus ex amore deriuatur, ut supra: habitum est, cum de passionib; ageretur. Amor aut̄ quidam est perfectus, quidam imperfectus. Perfectus qđem amor est, quo alijs secundū se amant, ut puta, cū aliquis secundū se uult alicui bonum, sicut homo amat amicū. Imperfectus amor est, quo quis amat aliquid non secundū ipsum, sed ut illud bonū sibi p̄sproueniat, sicut hō amat rem, quā concupiscit. Primus aut̄ amor pertinet ad charitatem, qua in hæret Deo secundū seipsum: sed spes pertinet ad secundum amorem, q̄a ille, qui sperat, aliquid sibi obtinere intendit. Et ideo in uia generationis spes est prior charitate. Sicut, n. aliquis introducit ad amandum Deum per hoc, q̄ timens ab ipso puniri, cessat a peccato, ut \* Augu. dicit super priū Canonicam Io. ita etiam spes introducit ad charitatem, in quantum alijs sperans remunerari a Deo, accedit ad amandum Deum, & seruandum p̄ce p̄ta eius: sed secundum ordinem perfectionis, charitas prior est naturaliter: & iō adueniente charitate, spes perfectior redditur, quia de amicis maxime sp̄ramus. Et hoc modo dicit \* Ambr. q̄ spes est ex charitate. Vnde patet responsio ad Primum.

**A D S E C U N D U M** dicendum, q̄ spes, & omnis secunda secundæ S. Thomæ.

Ea Catechesis  
ri in huic  
locum.

1.2. q. 6. art.  
4. & 5. diff.  
ad 6. 21. p.  
2. & uia q.  
2. art.

\* Li. 8. in Lu  
cam in tunc.  
de Vir. fidei  
p̄ comparationem ad  
granum fina  
pis. 10. 5.  
† Li. 4. 9. an  
te me. 10. 5.  
\* lib. 1. sent.  
dist. 26. para  
go. 2. 2.  
† Glo. inter  
lin. ibid.

Tr. 9. in Ca  
non. 10. in  
med. 10. 9.

Locus citatus  
in arg. 1.